




PALAESTRA LATINA



S U M M A R I U M

- ORATOR ET PHILOSOPHUS. (Emmanuel Jové.)
DOMUS PATERNAE DESERTOR
GRAECIA ULTERIOR. (I. González.)
NON PRAEVALEBUNT! (Raimundus Borrás),
POLYCLETUS. (Phidiacus.)
ADAGIA LATINA.
EXERCITATIONES SCHOLARES.
PER ORBEM.
DEMINUTIVA. (L. Fanlo.)
PALAESTRICUS EPHEBIS SUIS.
BIBLIOGRAPHIA. (Otazu, Jové).
IN OPERCULIS Oda Hor. *Solvitur ejusque
translatio* (J. Llobera.)

Ordinarii atque Superiorum permisso

Horatii oda l. I quarta

Ad Sestium

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni,
Trahuntque siccas machinae carinas,
Ac neque jam stabulis gaudet pecus aut arator igni,
Nec prata canis alblicant pruinis.
Jam Cytherea choros dicit Venus, imminente luna,
Juncta eaque Nymphis Gratiae decentes
Alterno terram quatiant pede, dum graves Cyclopum
Vulcanus ardens urit officinas.
Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto
Aut flore, terrae quem ferunt solutae;
Nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis,
Seu poscat agna sive malit haedo.
Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas
Regumque turres. O beate Sesti,
Vitae summa brevis spem nos vetat incohare longam.
Jam te premet nox, fabulaeque Manes,
Et domus exilis Plutonia; quo simul mearis,
Non regna vini sortiere talis...

A S E S T I O

De Primavera y Cefiro
Con la vuelta gustosa
De su rigor Invierno
Ya los lazos afloja.
Y al mar las secas quillas
Ya las palancas botan;
Y ni el labriegio en casa
Ni en el redil se goza
El ganado, ni escarcha
Los prados blancos torna.
Ya Venus Citerea,
Cuando alta se remonta
La clara luna, guia
Las danzas que alborozan,
Y juntas con las Ninfas
Las Gracias primorosas
Con el pie a compás batan
El suelo a la redonda,
En tanto que Vulcano
Encendido las forjas
Atiza de los Ciclopes
Pesadas y ardorosas.
Las perfumadas sienes
Con verde mirto ahora
De enguirnaldar es tiempo
O con flores y rosas

Que en las ya blandas tierras
Ostentan su corola;
Conviene ahora a Fauno
En la floresta umbrosa
Sacrificar, si pide,
Una cordera, ora,
Si más gusta, un cabrito
Que juguetón retoza.
La amarillenta Muerte
Llama a las puertas todas:
Con pie igual las golpea
Así en las pobres chozas,
Como en las torreadas
Mansiones suntuosas.
¡Oh Sestio bienhadado!
Nuestra vida tan corta
Nos veda que alentemos
Esperanzas remotas.
Muy presto ha de oprimirte
La noche con las sombras
Y los famosos Manes
Y la casa Plutonia:
De luego que llegares,
Los dados ya no logran
Darte en suerte el reinado
Del vino y de las copas.

Josephus Plebera, S. J.



MENSTRUUS DE LATINITATE COMMENTARIUS

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 6 pessetarum in Hispania, 7 in America et Lusitania, 8 in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem: CERVERA (Lérida) - Universidad - España.

ORATOR SIMUL ET PHILOSOPHUS

I. – Cur Cicero philosophiae studuerit

Apud omnes est illa pervulgata opinio quod mundus mente gubernatur. Cujus quidem rei si inquirimus rationem, nisi hominis ipsius constitutio neque praestantior neque fortior ulla occurrit. Quae cum ita sint haud difficile respondeas interroganti cur populus Romanus tam nobilis tamque praeclarus, qui ferreis manibus universum fere mundum complectebatur, philosophiam tamen habuerit nullam. Sufficit ad hoc ut aliquantulum quae fuerit historia Imperii dignoscere, quaeque natura.

Una omnino species in fronte Romanorum fulgebat, quae cum exordium ab mente gubernantium sumeret, ita est in unoquoque ci-vium firmata ut suo ipsius fulgore quidquid sibi obversaretur. penitus obnubilaret: strenue nulla intermissione pugnare donec aquilae imperiales universam terram operirent. Hujus axis in gyrum omnis circumvolvebatur populi Romani operositas nec alia erat praeter Forum Campumque Martium juvenibus erudiendis schola, in qua non quivis, sed Duces solum, Politici Legiferi gerebant magistri partes.

Quapropter cum aliqui, Strabone et Mesalla consulibus, quilibet Philosophiae cathedras statuere voluissent, a Senatu, eo quod hujusmodi innovatio a veterum consuetudine atque usibus aliena esset, incoepio prohibentur, quae sane severitas, tum praecipue gradatim laxata fuit, cum Scipio Africanus Graeciam rededit in ditionem populi Romani; tunc enim temporis Graecia p[re]e omnibus nationibus philosophicis florebat scientiis. Inde amor ac desiderium philosophiae crescebat in dies, ut Cato senior cum Romam Diogenes, Carneades et Critolaus ab Atheniensibus legati mitterentur, haud certe sine terrore mirarentur juventutem Romanam philosophorum doctrinas affectare.

Postea, labentibus annis, a philosophia Politici, nedum caverent, ea potius sese oblectarunt. Tandem magni momenti habita fuit maxima[que] utilitatis ad decus et reipublicae laudem. Sic existimabat Cicero:

«Nam cum otio langueremus et is esset reipublicae status, ut eam unius consilio atque cura gubernari necesse esset, primo ipsius reipublicae causa philosophiam nostris hominibus explicandam putavi, magni existimans interesse ad decus et ad laudem civitatis res tam graves tamque p[re]eclaras Latinis etiam litteris contineri»⁽¹⁾

M. T. Cicero, de quo brevius dicam quam par est, inter philosophos Latinos primas tenuit. Natus est Arpini 106 anno a. Ch. nat., anno vero 43 supremum diem obiit. Athenas juvenis petiisse traditur, ubi, praceptor Antiocho, philosophiae operam navare intendit. Inde Rhodum profectus, in eloquentiae studium vehementius incubuit. Qua in re, quadam animi opportunitate quam ab natura acceperat, mirum in modum disertissimus evasit, ita sane ut statim omnium oculos in se converterit. His triumphis erectus animo Romam revertit atque ibi assiduitate dicendi comparatam amplificavit eloquentiam, unde originem omnium operum quae hujusc generis exstant repetere licet. Postea vero Consul electus, rei publicae consulendo omnem consumpsit operam, cui etiam rei non parum eloquentia profuit: ita vitae tempus praecipuum traduxit. Cum vero aetate proiecta, iniquitate temporum, a re publica gerenda pulsus esset, ab omni publico negotio evocatus, inlico domum suam totus discessit. Hanc novam vivendi rationem exorsus, ne ruinam labefactatae rei publicae vide-ret, quam alia nulla ratione nisi sapientia et litteris extollere valebat, maxime vero ut aliquantulum dolorem tristitiamque leniret. quae ex morte suae Tulliae animum ejus incesserant, iterum statuit sese ad philosophiam referre. Hac potissimum ratione libros philosophicos

(1) *De natura deorum*, lib. I, cap. 4.

scribere Ciceronem inchoasse ipsum auctorem habemus: «Ego autem (dicam enim ut res est) dum me ambitio, dum honores, dum caussae, dum rei publicae non solum cura, sed quaedam etiam procuratio multis officiis implicatum et constrictum tenebat, haec inclusa habebam et, ne obsolescerent, renovabam, cum licebat, legendo; nunc vero et fortunae gravissimo perculsus vulnere et administratione rei publicae liberatus doloris medicinam a philosophia peto et otii oblectionem hanc honestissimam judico». ⁽¹⁾

II. Quaenam sit Ciceronis philosophia

Verum tamen non sicut in arte oratoria sic in scientiis philosophicis Tullius enituit. Quantum enim in illa profecisset supra egimus, quam ob causam non inmerito Romanorum Oratorum Princeps appellatus est. At vero philosophiae fere nihil ex proprio penu contulisse omnibus est manifestum. Est enim in auctoribus Graecis commoratus, ut inde, postquam eorum scientiam optime percepisset similemque fecisset sibi suoque cogitandi modo, pulcris ac copiosis proponeret verbis; atque tanta claritate conditum, ut stultissimus quisque hominem intellegere possit. Ex quo, si illius verbis fidimus, permaxima adficietur laetitia: «Nos ea philosophia plus utimur, quae peperit dicendi copiam et in qua dicuntur ea quae non multum discrepant ab opinione populari. ⁽²⁾ Atque iterum: «Sed ut Aristoteles, vir summo ingenio, scientia, copia, cum motus esset Isocratis rhetoris gloria, dicere etiam coepit adulescentes et prudentia cum eloquentia jungere, sic nobis placet nec pristinum dicendi studium deponere et in hac majore et uberiore arte versari. Hanc enim perfectam philosophiam semper judicavi quae de maximis quaestionibus copiose posset ornateque dicere, in quam exercitationem ita nos studiose dedimus, ut jam etiam scholas Graecorum more habere auderemus». ⁽³⁾

Neque indoles ejusdem Ciceronis, quae manserunt, operum aliud poscit; inter quae, philosophicos libros *de Divinatione*, *de Fato*, *de Officiis*, *de Finibus bonorum et malorum* meminerimus oportet; in quibus qui legerit, simul verborum delectabitur copiositate atque concentu, et thesim supra propositam confirmatam videbit atque disertam. Omnibus tamen ante dictis praeponendus est liber *de Naturc deorum* aureus ac pulcherrimus. Ibi invenies quidquid, sive verum, sive falsum philosophi jam ab antiquis temporibus dixerint de diis; ibi et perplurimas sententias disces; easque oppositas; ibi vero praecipue disseminata perlucida manent argumenta Dei exist-

(1) *Acad. post.* lib. 1, cap. 3 (2) *Parad. in M. Brutum*, prolog. – (3) *Tusc.* lib. 1, cap. 4.

tentiam omnino conprobantia ex quibus fluit inmediate haec conclusio, quam ipse etiam Cicero educendam putavit: «Esse igitur deos ita perspicuum est, ut, id qui neget, vix eum sanae mentis existimem». ⁽¹⁾

M. T. Cicero alias ab aliis philosophis disciplinas accepit: quapropter quid in aliquibus ipsi senserit difficile aestimatur. Tamen historia magnos illum fecisse progressus in Academia testatur. En cur illius opera scepticism redoleant, cur et verbis dubiis tam crebro utatur; nam cum intelligentia opinionum multitudine obsideatur, Charibdim scepticismi atque cunctationis difficile vitat. Doctrinam Pyrrhonis, qui nihil homines cognoscere posse adseruit, nullumque esse, nec in intellectu nec in sensibus, judicium veritatis, minime professus est: sed dicere est ausus nihil nisi quandam in veritate probabilitatem intellectum consequi posse, quod tamen sufficiat ut sapientis vita regatur. Ut vero ne alicui temere loqui videamus ipsum Ciceronem loquentem adducam: «Non enim sumus ii, quibus nihil verum esse videatur, sed ii, qui omnibus veris falsa quaedam adjuncta esse dicamus tanta similitudine, ut in iis nulla insit certa judicandi et adsentiendi nota. Ex quo extitit illud *multa esse probabilia*, quae quamquam non perciperentur, tamen, quia visum quendam haberent insignem et inlustrem, iis sapientis vita regeretur». ⁽²⁾ Atque etiam: «Nec inter nos et eos, qui se scire arbitrantur, quidquam interest, nisi quod illi non dubitant, quin ea vera sint, quae defendant, nos probabilia multa habemus. quae sequi facile, adfirmare vix possumus». ⁽³⁾ Iterum: «Nos, qui sequimur probabilia nec ultra quam ad id, quod verisimile occurrit, progredi possumus, et refellere sine pertinacia et refelli sine iracundia parati sumus». ⁽⁴⁾

Sunt haec quidem minimae labes, quae nihil Romanorum oratorum Principi nec nominis nec celebritatis detrahunt; maxime si prae oculis habeamus vixisse illum saeculo inscritia pleno planeque opinionibus adversis diviso, circa ea etiam quae ad vitam regendam sunt necessaria. Igitur, M. T. Cicero bene de hominibus meritus est; dignusque videtur qui quotquot ejus glorias aemulamur coronam inmarcescibilem, ORATORIS nempe et PHILOSOPHI, fronti ejus inponamus.

EMMANUEL JOVÉ, C. M. F.

(1) *De nat. deor.* liber. II, n. 44. –(2) *De nat. deor.* liber. I, n. 5. –(3) *Acad. prior* lib. II, cap. 3. –(4) *Tusc.* lib. II, cap. 2

Domus paternae desertor

III.—Quam male habeo!

PETRUS, STEPHANUS, JOHANNES

P.—*Quae atris tempestas, amice, nunc est!
Ut ventus hodie mane crebrescit!*

S.—*Atque id frigoris, opinor, perdurabit,
nam udum jamdiu caelum est.*

P.—*Aetatis nempe fructus, atque illi insuaves!*

S.—*Quin immo iniquit!*

P.—*Credo; id enim temporis est phthisicis pernoxium.*

S.—*Sunt commodum dies pauci, cum juvenis istac quidam ambulabat, qui eo malo laborare videbatur. Adeo strigosus adparebat et macilentus!*

P.—*Amicus nempe ille meus. Verum quid erit remedium? Totum illi diem laboranti, nec nisi vento riventi, id' erat omnino eventurum.*

S.—*Quod quidem ad nos, vitam toleramus mediocrem... Isti attamen carbonarii... (obvius fit Johannes).*

P.—*(Ad Johannem sese pandiculanten). Quidnam novi, amice? Qui modo vales?*

J.—*Auribus equidem lupum teneo: noctu vixdum requieri; modo autem paullisper soporatus sum, sed... (tussit). Quam male habeo!*

P.—*Eandem iterum cantilenam, amice?*

J.—*Quid vero faciam...? Vae mihi, quot et quantas calamitates hausil! Actum est de pelle meat! (flet).*

P.—*Euge homuncio, nihil ploratu nunc opus! Plorare debet societas, quae talium est in causa malorum.*

J.—*Nihil minus, Petre; me penes culpa est,*

P.—*Sile, tace, mussa; culpa in societate est. Laborem ab ea postulasti, quae tamen, perfida, non dedit: en tibi eadem aetatum omnium historia!*

III.—¡Qué malo estoy!

PEDRO, ESTEBAN, JUAN

P.—*¡Qué mal tiempo que hace, amigo! ¡Cómo arrecia el viento, esta mañana!*

E.—*A mi modo de ver durará este frío; pues hace ya mucho que el cielo está húmedo.*

P.—*Frutos del tiempo, y por cierto desapacibles!*

E.—*Y perniciosos además.*

P.—*Así es; estos tiempos son muy perjudiciales para los tísicos.*

E.—*Precisamente hace pocos días que por aquí andaba un joven que me parecía estar tísico. ¡Tan macilento y desmirriado estaba su semblante!*

P.—*Por cierto que es un amigo mío. Pero ¿qué remedio cabe? Trabajando todo el día y no comiendo si no muy escasamente, no podía sucederle otra cosa.*

E.—*En cuanto a nosotros, aun vamos tirando... Pero estos carboneros... (se presenta Juan).*

P.—*(A Juan que se está desperezando). ¿Qué hay de nuevo, amigo? ¿Cómo vas de salud?*

J.—*Estoy hasta el cuello: esta noche apenas he descansado; ahora me he adormecido un poquito, pero... (tose). ¡Qué malo estoy!*

P.—*Pero amigo ¿otra vez con la misma cantinela?*

J.—*Y ¿qué le voy a hacer? ¡Ay de mí! ¡Cuántos y cuán grandes contratiempos me aquejan! (llora).*

P.—*Ea, muchacho, no llores así. La sociedad es la que debe llorar, pues es la causante de todos estos males.*

J.—*De ningún modo, Pedro; la culpa la tengo yo.*

P.—*Silencio, calla, no digas una palabra más; toda la culpa la tiene la sociedad. Tú le pediste trabajo y ella, perfida, no te lo dió. ¡He ahí la historia de todos los tiempos!*



- J. — *Domi erat labor tutumque domicilium; at, ne ego insanus, domum reliqui et nunc in angustiis versor!*
- P. — *Undenam terrarum es, mi Johannes?*
- J. — *Ex urbe Alba, in Hispania.*
- P. — *Talem urbem audiri numquam. Num ne adhuc vivit pater tuus?*
- J. — *Vixit.*
- P. — *Et matricula carpit auras vitales?*
- J. — *Etiam.*
- P. — *Quid igitur missam domum fecisti?*
- J. — *Ex juventutis quidem insania! Male infidis sit atque perfidis amicis!*
- P. — *Ecquid mali intulerunt tibi amici?*
- J. — *Ad meam me dereliquendam domum strinxerunt, verbaque pro farinis redidierunt. Huius Quam male habeo!*
- P. — *Num erat tibi pensum in domo paterna?*
- J. — *Hominibus prorsus decem occupandis ibi erat. (flet).*
- P. — *Eja, amice, doleo vicem tuam; at ne adeo fletui indulge. Quid enim in ploratu emolumenti est?*
- J. — *Mater! Mater!*
- P. — *O bellum negotium! Ubinam tua nunc sit mater?*
- J. — *Me eam conjecturum praedixerat pater. Me miserum atque infelicem!*
- P. — *Esne tu incolumi capite? Febris te lymphare adducit. Eo tandem crum monitum, qui illico medicum arcessat.*
- J. — *Facies tu quidem amice.*
- P. — *Ut eam, vere desideras?*
- J. — *Etiam, etiam, fac cito. (tussit instantius).*
- J. — *En casa tenía trabajo y asilo seguro; pero tonto de mí, abandoné el hogar, y ahora me encuentro en los mayores apuros.*
- P. — *Pues ¿de dónde eres tú, Juan?*
- J. — *De Alba, ciudad de España.*
- P. — *Jamás oí tal ciudad. ¿Vive aún tu padre?*
- J. — *Sí.*
- P. — *Y tu madre, ¿vive aún?*
- J. — *Sí.*
- P. — *Pues entonces, ¿cómo abandonaste tu casa?*
- J. — *Por los desvaríos de la juventud. Mal hayan los infieles y pérpidos amigos!*
- P. — *Y ¿qué mal te han hecho tus amigos?*
- J. — *Me obligaron a abandonar mi casa y no cumplieron sus mentidas promesas. ¡Huy! ¡Qué malo estoy!*
- P. — *Pero ¿tenías trabajo en casa de tu padre?*
- J. — *Trabajo había allí para ocupar a 10 hombres. (llora).*
- P. — *Ea, amigo, lamento tu suerte; pero no te entregues al llanto. Pues ¿qué provecho te traerá el llorar?*
- J. — *¡Madre! ¡Madre!*
- P. — *¡Vaya un negocio! ¿Dónde se las andará ahora tu madre?*
- J. — *Mi padre me dijo que yo la mataría. ¡Ay de mí!*
- P. — *¿Estás en tus cabales? La fiebre te hace delirar, Voy a avisar al amo para que llame al médico.*
- J. — *Te quedará por ello agradecido.*
- P. — *¿Quieres de verdad que vaya?*
- J. — *Sí, sí, ve pronto. (tose).*



GRAECIA ULTERIOR



Huic sectioni anno superiore Palaestrae faciebam exordium, tibi obferrendo pinacem nationis Italiae, Latinarum gentium sedis, de cōjus geographicā ratione nonnulla obiter perstringere curavi. Mihi autem hodie venit in mentem aliqua de Graecia incolisque praeciae, more meo, lecturis deferre. Nullo enim modo Graecanica tellus, «quae fama, quae gloria, quae doctrina, quae plurimis artibus, quae etiam imperio et bellica laude floruit», ⁽¹⁾ a cultore Latinitatis sūque deque est omnino ferenda.

Graecia, olim etiam Hellas nuncupata, regio est sita ad austro-orientalem plagam Europæ, quae quidem 127000 admodum kilometrū superficiem ambit. Quem ad modum vero naturae omnibus aliquando ornamentiis ea renidebat, caelo nitidissimo, uberrima tellure, amoenissimo litore, sic diebus nostris inter alias Europæas nationes ultimam fere locum tenet, ab auctoreque hodierno reputatur tamquam «squelette» Graeciae antiquæ. ⁽²⁾ Primaevis foundationis temporibus, regio ab indigenis stricte, late, latissime accipiebat. Graecia stricte sumpta incipiebat ab Isthmo atque Atticam confinebat; late vero Thraciam et Macedoniam compleciebat multasque insulas Aegaei et Jonii maris; latissime tandem et Epirum et Illyricum comprehendebat. Latini aliter et aliter computabant Graeciae fines, qui scilicet temporis tractu saepe immutati sunt. Jam vero geographice terra tota est in quatuor partes divisa: in borealem terminatam Olympo, Cambuniis, et Ceraunis montibus; in orientalem mari Aegaeo; in australē Malaco sinu, Agraeis montibus, sinu Ambraiae; in occidentalem denique mari Jonio. ⁽³⁾

Praecipuum autem factum, quod memoria de Graeciae incolis ad nos usque transmisit est plurium coloniarum fundatio in Archipelago et Asia Minore. Ob oculos propositus pinax ostendit cursum praecipuarum gentium in

(1) Cleero, Flacc. 27, 64.—(2) Laurand, Manuel des Études grecques et latines, vol. I, 3.—(3) Perim, Onomasticon totius latinitatis, art. Graecia.

coloniis fundandis. Fundationum, uti vides, generalis motus ab occidente ad orientem proficiscitur. Praeter Aeoles, Jonicos et Dorios, quorum et sedem et cursum fundationum in tabula cernis, alii etiam minoris momenti populi fundarunt colonias. Tamen coloniarum institutionis factum generale incertum manet, singulas cum singulæ gentes traditiones, easque absimiles, comminiscantur. Etenim Hellen filius Deucalionis est, prout fabula refert, fundator populi Graeci. Tres scilicet filios habuit: et Dorum, a quo Dores, et Aeolum, a quo sunt protecti Aeoles, et Xuthum, cui invicem duo filii fuerunt: Ion nempe Jonicorum pater et Achaeus Achaeorum. Una tamen earum gentium existentia, quod videtur, in historia est admittenda.

Quod autem attinet ad mores Graecorum, ii scite a Perin suo in Onomastico paucis comprehenduntur: Graecarum gentium mores simplices antiquitus fuerunt ac rudes, postea vero humaniores. Hinc enim liberi industriae et agrorum cultui dediti, servi pauci et humaniter habiti, familiarum vincula firma, generosa hospitalitas. Illinc vero piratica non solum licita sed etiam honorata, frequentes hominum caedes, victis in bello refugium nullum, humanae aliquando victimae vel criminis expiandi vel etiam injuriae olciscendæ causa inmolatae, auctoritas regum nulla lege correcta, qui et exercitui praeerant et sacris faciendis.⁽¹⁾

Quid vero hoc loco de eorum politica historia populorum, de interna constitutione bellisque cum exteris gentibus? Quid tibi de legibus, quibus regabantur, de artibus quibus maxime pollebant, de scientiis quibus eminebant? Quid denique de influxu Graecarum in litteras Latinorum? Omnino sit ultra modum progrediendum, si vel per capita de iis disserturus sim. Abundantissima praeterea copia cum librorum tum opellorum de re in dies prelo mandantur, quae homini classicorum studioso ignota dia non manent. Habes quae de Graecia innuenda hic censi. Ut nunc autem est, tota regio in tria et triginta departamenta dispescitur, administrationis rei politicae gratia, et incolarum numerus est circiter septem millionum. Lingua hodierna ab antiqua classicorum satis differt, non ea tamen in scholis gymnasiisque parvi quem ad modum in ceteris nationibus, penditur. Quamquam incolarum summa perquam exigua, diversae tamen in Graecia religiones coluntur; catholica autem non potest non maxime in illa prævorum Christianorum sede florere. Utpote quae est una ex Europaeis nationibus, en tibi abundantiae causa aliarum nationum nomenclatura:

Albania	<i>Illyricum</i>	Islandia	<i>Islandia</i>
Alemania	<i>Germania</i>	Italia	<i>Italia</i>
Austria	<i>Austria</i>	Yugoslovaquia	<i>Jegoslovachia</i>
Bélgica	<i>Belgium</i>	Letonia	<i>Lethonia</i>
Bulgaria	<i>Bulgaria</i>	Lituania	<i>Lithuania</i>
Checoslovaquia	<i>Cecoslovachia</i>	Noruega	<i>Norvegia</i>
Dinamarca	<i>Dania</i>	Polonia	<i>Polonia</i>
España	<i>Hispania</i>	Portugal	<i>Lusitania</i>
Estonia	<i>Esthonia</i>	Rumania	<i>Rumania</i>
Finlandia	<i>Finnia</i>	Rusia	<i>Rusia</i>
Francia	<i>Gallia</i>	Suecia	<i>Suecia</i>
Holanda	<i>Hollandia</i>	Suiza	<i>Helvetia</i>
Inglaterra	<i>Anglia</i>	Turquía	<i>Turcia</i>

(1) Loc. cit.

No n Prae val e bunt!

*Belli jam reboant tartara vocibus,
Tellurem fremitus cardine submovent,
Ad pugnam tumidis agmina daemonum
Buccis classica personant.*

*In terram saliunt impete, flammea
Ituc illuc, veluti fulgura, convolant,
Iras, insidias, crimina noxia
Fingunt, undique conserunt.*

*Audaci Hesperiam barbarie impetunt,
Ut dira citius pernicie premant,
Hispanas satagunt tollere glorias
Et Christi imperium vetus.*

*Ferrum nequitiae, sanguine fervidi
Hi qui scaeptra gerunt, naviter exerunt,
Gentis Christicolae ut foedera juraque
Oris Hesperiae exigant.*

*Christi Ecclesia quam durius, innocens,
Omnes ante alias victima caeditur,
Lusa, sacrilego conteritur pede,
Almi aequi reverentia;*

*Flammas, tristitias, verbera, funera,
Templa aequata solo, damnaque atrocia.
Infandum! patitur: surgite, filii,
Matris jura tuemini.*

*Incasum at Regimen Tartara concitant
Christi Religio ut legibus exsulet,
Christi Ecclesia non corruet, irrita
Numquam in saecula erit fides.*

*Flebit Religio casibus eruta;
Flebit plebs pia compressa laboribus;
Deflebit Patria exhorrible in chaos
Jam jam improvida corruens!*

*Squalens involucro nox Patriam tegit;
Raucus turbo, fera et turbine nubila
Permiscent tenebris Hesperiae omnia:
Sacra et civica et aulica...*

*At frustra suboles tartarea infremit,
Irridet Dominus consilia impia;
Christus non moritur, permanet: omnia
Excelso imperio tenet.*

Raimundus Borrás, Pler.

P O L Y C L E T U S



(Ineunte saec.

V. ante Ch. N.)



Myronis aequalis, magister vero nobilior fuit Sicyonius, Dorios inter artifices facile princeps. Sculptoriae artis viam ingressus magistrum habuit, ut Myro, Hageladum fuisse. Contrariam tamen uterque scalpis secutus est viam. Myro agilitatis et motus argumenta in deliciis habuit; Polycletus austeritate venusta, quieta tranquilaque majestate delectatus est.

Tria sunt hujus opera fama celeberrima:

1. *Doriphorus seu Kanon.* Doriphorus nominatur statua quae juvenem lanceam umero ferentem exprimit; Kanon etiam dicitur propter anatomicam corporis humani partium proportionem quasi regula posterioris temporis artificum. Hic juvenis est cuius corpus nondum tetigit labor facultatum perfectionem nactus, qui robore et virtute fretus, naturali quodam instintu progreditur. Quid valeat nondum tentavit, at progreditur ingenuo hastam umero ferens; cuius nobilis corporis habitudo oculos praestingit. Tota tamen ejusdem venustas potius quam ex expressione, ex proportione provenire videtur; caput, pectus, venter, bracchia periter et crura justam definitamque mensuram compararunt. Polycletus tamen aliquatenus etiam indulget archaismo, cuius rei causa in Kanone quaedam notae postremas eique proximas referunt Apollinis effigies. Statua originalis sine dubio ex aere fuerat conflata, ad nos tantum aliqua exempla marmorea a Romanis facta pervenerunt quorum princeps in museo Vaticano servatur.

2. *Diadumenos.* Hic adulescentem minoris aetatis quam Doryphorus exprimit, frontem sese vita erigentem prout cursoribus in stadio mos erat, eo nempe consilio ut sanguinem in temporibus coiceret. Habitudine corporis procul dubio longe pulchrior est et venustior quam Doryphorus. Hic tranquillus magna sponte ad pugnam sese accingit cuius optimum exemplar Matriti conspici potest.

3. *Amazonas.* Tertium occupat locum. Juvenis femina stans, tunica vix mammas obtengente. In ore tristitia depingitur et maerior. Sicut Doryphorus et Diadumenos cruri laevo innititur.

Hac Amazone Pollicetus in certamine tres nobiles artifices Phidian, Dresilan et Pharamona fertur devicisse. Agebatur enim de venustiore Amazonis statua. De re ut judicarent idem quattuor artifices electi sunt, qui suam cujusque ceteris anteponendam esse singuli decreverunt; eo pacto tamen ut omnes ad unum Polliceti statuam secundo loco conlaudarent. Polliceti igitur Amazones praemium obtinuit.

ADAGIA LATINA

Ex innumeris fere hisque variis rationibus vertendi in linguam Latinam illam multicolorem nostram Hispanicam phrasim «perder el tiempo» praecipuas hoc loco referemus, quae cum usu et frequentia, tum clarissimis earum auctoribus in adagiorum dignitatem venerunt. Eam autem phrasim dixi multicolorem, quia tempus quisquam perdit⁽¹⁾ vel nihil omnino agendo, e. gr. sedendo totos dies; vel res non adsequendas sectando, e. gr. nodum in scirpo quaerendo; vel rebus inutilibus operam dando, e. gr. de fumo disceptando. Qua igitur re, alium et alium ex sequentibus idiotismis adhibebo, prout scriptio[n]is adjuncta elocutionis postulabunt. In eisdem seligendis, non nisi curiositatem tuam movendam curavi.

*Agere actum, nugas.
Calcare contra stimulum.
Canere frustra, surdo.
Contorquet piger funiculum.
Facere verba mortuo. Flagellare mortuum.*

Mederi mortuo.

Haurire humi.

Inclamare hylam.

Impetere peritum artis

Lavare aethiopem.

*Loqui dormienti, lapidi, litori, parieti, vento
Molere frustra.*

Mutare linguam senis.

Numerare flores vere. Numerare undas.

Perdere oleum et operam. Perdere oleum et retia.

Queri apud novercam,

Rodere dentem dente.

Texere pallium Oresti.

Vellere calvum.

*Anguillam cauda tenere.
Apros venari in mari.
Aquilam docere volare.
Aranearum telas texere.*

Asinum tondere. Asinum sub freno currere docere.

Boves invitox plausiro inducere.

Cancrum ingredi docere.

Canibus invitis venari.

Delphinum natare docere. Delphinum cauda ligare.

Hircos mulgere.

Hydram secare.

Leonem larva terrere. Cum larvis luctari.

Lupo agnum eripere.

Muscas depellere.

Ululas Athenas portare.

Volantia sectari.

Aethera tranquillum remigare.

Aqua, cinere (in) scribere. Aquam cribro haurire. Aquam e pumice postulare.

Aquam inaniter consumere. Aquam in mortario tundere. Aquam mari addere.

Aquam perdere. Aquas in mare fundere. Isthmum perfodere.

Litus arare.

Mare exhaustire, exurere.

Torrentem (contra) niti,

Aere (in) piscari. Aerem, nebulas diverberare.

Caelum (in) jaculari.

Ignem dissecare,

Ventis profundere verba. Ventos colere, pascare. Ventos reti venari.

Ver ex anno tollere.

Cotem alere.

Ferrum natare docere.

Harena (in) aedificare. Harenae mandare semina. Harenam metiri.

Lateram lavare, elixare.

Lapidem verberare.

Saxis (in) seminar. Saxum sarrire, volvere.

(1) *Perdere tempus*, est phrasis a Cicerone usitata, quae nostram «perder el tiempo» plantius exprimit in sensu ejus magis stricto. Eam sequentibus quoque rite variabis: *Otio tabescere, languescere, hebescere*; Cic.; *terere acetatem, diem, otium, tempus*, Cic.; *otia terere*, Verg.; *tempus conterere, traducere*, Cic.; *otio se involvere*, Plin.; *otium corpori dare*, Phaed.; *otium seigne trahere*, Tac., cet.

EXERCITATIONES SCHOLARES

M u s e t F e l e s

*Caveto quemquam provokes injuriis
Praesertim quando occurrerit (1) potentior.*

Arcam refertara pluribus eibaritis (2)
Elegerat sibi ac tenebat musculus,
Domi (3) si strepitus de repente surgeret,
Protinus ad finum decurribat angulum;
Atque oculos dominae, ad aream adventantis, (4) fuga
Vitare solebat. Sie minori jam in dies (5)
Timore urgetur: eursitare licentius (6)
Et arcam coepit audacter relinquere.
Propinquam vero vocem felis audiens,
In notis, pavidus vix se latebris (7) occulit. (8)
Resumpto tandem spiritu, (9) in pejus ruit:
Ex arcae rima (10) impedit dicteris
Adstantem felem. At haec cernens audaculum,
Non tu, inqui, probris me laces sis, sed locus:
Abscessum simulans, insidias struit necis.
Mox ab ea mus repertus adripit fugam, (11)
Sed improviso (12) capitur felia impetu,
Quae talia dicit in misselum gloriens:
Mets disceptus unguibus insultes modo. (13)

L. ROCCI, S. J.

El enfermo y el médico

Preguntando a un enfermo (14) el médico, qué tal se hallaba; respondió que había sudado mucho aquella noche. Dijo el médico que era eso buena señal. Preguntando por segunda vez, qué tal le iba, respondió que le había sobrecogido (15) un frío intenso y le había hecho agitarse (16) grandemente; a lo cual replicó el médico, que también eso era buena señal. Preguntando por tercera vez cómo estaba, respondió que se había apoderado-

do de él la hidropesía: (17) dijole el médico que eso era buen síntoma. Como, pues, al cabo de poco tiempo le preguntara uno de sus amigos qué tal se encontraba, «yo creo», respondió el enfermo, *que de puro bueno me muero*.

Esta fábula nos enseña que de entre todos los hombres aquellos son más de aborrecer, (18) que siempre quieren hablar a sabor de todos. (19).

(1) Salir al encuentro, encontrarse.—(2) comestibles.—(3) en casa.—(4) acercarse.—(5) de día en día.
(6) más libremente.—(7) escondrijo.—(8) ocultar.—(9) recobrado el aliento.—(10) dim. de rima, rendija.
(11) escaparse.—(12) impinadamente.—(13) ahora.—(14) Aegea, gra, grum, —(15) horrore consipere.—(16)
concutio, ere, —(17) aqua intercus.—(18) exceso, afro, —(19) ad incusandam gratiam.

P e r o r b e m

Parisiensis Studiorum Latinorum Societas.—Magni, ut opinor, est momenti lectoribus nostris humanissimis cognitio hujusmodi Societatis studiorum Latinorum, cuius brevem conspectum proponam.

«Societas studiorum Latinorum» orta est Lutetiae Parisiorum m. Martio a. MCMXXIII, auctore atque impulsare D. J. Marouzeau studiorum Moderatore et Facultatis litterarum Professore in Gymnasio «L'École des Hautes Études».

Id vero Societas habet, omnium Professorum scriptorumque Latinorum conatus in unum cogere, ad hoc nempe, ut Latina studia gradatim perficiantur atque efficacius alumni edoceantur. Quem quidem ad finem consequendum his agit rationibus: a) *consensus* est menstruus, b) *commentarius* de studiis Latinis, c) *conlectio* Studiorum Latinorum.

a) *Consensus menstruus*. Semel in mense in «l'École des Hautes Études» habetur consensus ut de rebus ad Latinitatem pertinentibus agatur. De libris recens editis ratio redditur, status praecipuarum quaestionum exponitur, de aliis scientiis cum Latinis studiis coordinandis satagitur, de re aliqua grammaticalii disseritur de textus cujusdam auctoris originalitate, sensu vel auctoritate quaeritur, de methodis didacticis, de aliis id genus rebus sermo habetur.

b) *Commentarius de studiis Latinis*, societatis praecolum est «Revue des Études Latines», qui ab anno superiori duobus fasciculis in annum, paginis plus 180, Aprili et Decembri mense adpareat: antea vero, quarto quoque mense fasciculis 130 paginarum prodierat. Rationem reddit de consensibus, refert in chronicis notatu digniora, studia praebet et articulos praecipuorum Societatis

membrorum, recensionem facit librorum recens editorum et bibliographiam altius auctoris vel disciplinae adfert. Commentarius patet omnibus societatis membris, qui scientia pollent philologica, linguistica, historica, cet., estque pariter uti vinculum omnium sociorum, qui in Gallia exterisque nationibus vitam degunt.

c) *Conlectio Studiorum Latinorum*. Societas typographica «Les Belles Lettres», quae Commentarium studiorum Latinorum edit, opera etiam conlectionis Studiorum Latinorum typis mandare curat. Nuper praeter scientificam, paedagogicam seriem constituere voluit, quae duobus constat operibus, octo vero alia complectetur. (1)

Coetus Societatem regens quomodo constituantur hic prospice:

Praeses: J. Carcopino.

Vice-praesidis: J. Bernes et D. Barbelenet.

Secretarius, Administrator et Commentarii Moderator: J. Marouzeau.

Thesauraria: D. A. Beancini.

In Societate prope 500 membra numerantur, inter quos non pauci qui fama conspi ciuntur. Labor arduus Societatis in campo litterarum Latinarum pluribus notus est, neque est quod hic in eo in moremur, sed potius quod ei plaudamus.

J. D.

Michaël Caro. Inter praecipuos viros humanioribus litteris excultos supereminet Dominus Michaël Antonius Caro, quondam Reipublicae Columbianae Praeses. Virum Sapientem, in Columbianae ditionis capite natum, procul dubio primatum inter americanos Latinitatis fautores arbitror tenere; hancque testantur praestantiam tam scripta eru-

(1) *Pars científica*.—La linguistique et l'enseignement du Latin (J. Marouzeau); La prosé métrique des anciens (W. Groot); Répertoire des index et lexiques d'auteurs Latins (P. Faider); Pline et la vie littéraire de son temps (A. Guillemin); Les origines du cursus et les débuts de l'accent d'intensité en latin (G. Nicolau); Essai sur la structure dramatique des comédies de Plaute (A. Freté); L'originalité de Virgile, (A. Guillemin); Répertoire des éditions de scolies et commentaires d'auteurs latins (Faider).

Pars paedagogica.—La prononciation du Latin (J. Marouzeau); La traduction du Latin (Idem).

ditionis plena, quam sapientium testimonia cum crita tum ultra oceanum excitata.

Maximo quidem nitore lucescunt scripta Michaëlis: ex ejus operibus omnibus praeconiis dignior videtur celebris Aeneidos ad Hispanicam linguam versio, quae, mirabile dictu a primis usque ad ultimum sequitur Vergillianum carmen. Qui oculos accurate istam in versionem advertat aqua haeret oportet ut digniori laurum adsignet, Michaëli Vergiliove. Neque loquor quae meum caput exsuperent; de re quippe non proprium judicium exprimo sed peritorum doctorumque.

Pergratum est mihi peritissimi viri, quem nomine Marcelino Menéndez et Pelayo novimus atque admiratione prosequimur, verba referre quibus maximum honorem tribuit Caro cum dixit se versionem Aeneidos Domini Caro optimam arbitrari inter hispanicas. Opus quidem quibusdam vitiis laborat; est enim strophis hendecasyllabis versibus octonis instructis concinnatum. Sed quid hoc in amplissima eruditione, in expressione verborum vocabulorumque copia ab auctore mirifice prolata? Structura versuum, ait Menéndez, est capitalis error, cui subcucurrit Michaël, rationem sonoritatis versus hujusmodi sufficiendo. Vergilius ex poëtis fuit Caro carissimus, ut testatur vatis statua dimidiata, qua virectum ejus domesticum ornabatur. Nec mirum, quippe Michaël vitam, more Romanorum, degebat sive domi sive cum Républicam rexit in foro. Horatius quoque cum aliis maximam partem attigit in studiis Sapientis, et optimum inter omnes Michaëlem interpretem invenit.

Gullielmus M^a ROZO, C. M. F.

Raphaël Landívar seu Vergilius Americanus. Dum magna reverentia omnes vetustatis existimatores doctrinaque exculti, Latino præsertim sermone, annum bis millesimum a nativitate clarissimi et inter Romanorum poëtas nobilissimi vatis agebant, eo, inquam, anno gens Guatimala suarum aestimatrix re-

rum præclarum nobilitavit filium, ducentesimum nativitatis annum commemorans «Vergili Americani», quo quidem nomine, clarus in Latinitate vir atque nobilis poëta P. Raphaël Landívar, S. J., adpellatur. Idem patriæ exsul campos lacusque Mexicanos naturali quodam sensu ac justo dolore in sua «Rusticatione Mexicana» summis extulit laudibus, illius aemulans simplex animi ingenium qui quandam «silvestrem tenui musam meditabatur avenas quique Romanorum agrorum celebrait laudes Novo quodam scribendi artificio, eodem quo Vergilius, et sermone et numero carmina edidit. Illa sententiarum suavitas et gravitas atque purum quoddam et quasi candiduni dicendi genus, quo et ample et ornata et copiose dicit Vergilius, ad «Rusticationem» translata facile legentis animo apparent. Quam sententiam clarissimus ille noster atque omni in doctrina summe versatus Menéndez et Pelayo his verbis confirmat: «Musa, quae in «Rusticatione Mexicana», eadem est qua adflatur Georgicon auctor, sed rediviva quodam modo atque ad naturam Mexicanam aptata; integrum quoque naturae effigiem atque locorum amoenitates splendidis expressit coloribus».

«Rusticationem» denique pulcherri-
mam arbitramur tabulam variis coloribus apte eleganterque commixtis quibus, ea qua pollet dicendi suavitate atque nitore, legentis animum permulcat atque adlicit; plures sane Heliconis et Parnasi incolae eum imitati sunt, aequavit nemo.

Si quid autem de vita clarissimi viri quaeasieris, en tibi aliqua. Ex nobili Hispano genere, natus est Sancti Jacobi Equitum in Guatimala, die 24 Octobris anni 1731. Litteris in Universitate Guatimalensi operam dedit; deinde ingreditur eximiam Jesu Societatem, in qua litterarum, philosophiae ac theologiae egregius. exstinctus lector, usque dum Caroli III temporibus inique, ut alii ejusdem Societatis alumni, patria est expulsus.

Foste, multa passus venit Bononiam ubi ad mortem usque commoratus est, qua ad superos est evectus die 27 Septembris a. 1793. Omnibus quidem flebilis occidit, pius enim erga Deum et homines degit vitam illiusque virtutes ac summa doctrina memoriae prodita sunt ut eadem ingrediamur vestigia. Nobis igitur liceat hunc laudis flosculum inserere splendido gloriae nimbo tanti viri præcincti frontem.

Josephus M. MIR. C. M. F.

DEMINTUTIVA⁽¹⁾

Nomina deminutiva quid sint de se ipsum nomen satis denuntiat. Nimurum ea sunt quae absolutis nominibus, adjecta in novissima parte aut littera aut syllaba vel etiam pluribus, deminutionem capiunt. (2) Illa nomina non tam hodieris quam veteribus linguis aptantur, his quidem utpote magis syntheticis. Latinus parce omnino et intra modum his nominum formis utitur deminutionem significantibus.

En paucis contracta quae de hujuscemodi verbis se nobis obtulerunt in hac scriptiuncularum serie lectoribus tradenda, sive quae ad eorum significationem sive quae spectant ad usum.

Species, quam deminutivum universim exprimit, *parvitas* est seu *exiguitas* rei cujus nomen terminat (particula, opusculum); nunc tamen rei *venustatem* indigitat (ocellus, flosculus), nunc *contemptionem* (muliercula, graeculus) (3); raro deminitivum nominis absoluti significationem variat, non remanente inter utrumque nisi longinquaque quadam significationis relatione (avunculus, frater sc. matris *tio materno* ab avo *abuelo*; osculum, *beso* ab os-oris, *boca*); denique per deminutiva *ironia* significatur e. gr. per verba *in aster* finita (theologaster, poetaster) si tamen hujuscemodi voces in deminutivis sint recensenda (4).

Grammaticorum nonnulli unicuique deminutivi terminandi modo certam vim atque uniformem assignare conati sunt; at illud aliis jure merito absolum visum fuit, cum sit in oculis omnium hac de re scriptorum et loquentium arbitrium.

Ne ergo inutilium praceptorum copia lectorem irretiamus, illud tantummodo animadversum volumus ut in deminuti-

vis adhibendis ac seligendis consuetudini consulere satagat qua verum in eis usitandis sensum praecipue sibi comparabit, perinde ac in vernaculis linguis deminutivi regularum acervum atque usum non aliter didicimus.

Aliquando latine ita prorsus ut hispane una vox duobus pluribusve deminutivis terminationibus finiebat. Tum suo quoque proprio sensu unaquaque terminatio potiebatur. Classicum prostat exemplar in vocabulo *homo* ex quo *homunculus*, *homuncio*, *homullus* promanan, quas voces universas Cicero usurpavit. *Homunculus* inbellicitatem innuit hominis qua typus est universi humani generis; qua individuum spectatum *homuncionem* dices; *homullus* hominem refert despectione ac commiseratione dignum. Has voces et etiam *homullulum* tradit Forcellinius quas omnes (?) ipse deminutivorum *deminutiva* vocat; quod latine non semel occurrit. Ex *cista* quoque fit *cistula* pariterque *cistella* ex quo *cistellula* prodit; ex *cultro* *cultellus* et *cultellulus*.

Facultas quae Latinis data est deminutiva fingendi non obstitit quominus si ipsis jam deminutivis vocibus aliud insuper adjективum deminutivae etiam significationis adjungerent veluti: *pisciculus parvus* (Cic.), *minutis interrogatiunculis* (Val. Max.)

Quae de deminutivis disserui *ex substantiis ad adjectiva* transferre debes, quin etiam quemadmodum et comparantur ita et deminuntur *adverbia*, veluti saepicule a saepe, *longule* a longe; et *participia praeteriti passivi* quae ut *dicticulus* cet. more adjectivorum reguntur.

L. FANLO, C. M. F.

(1) Quod ad scriptiunclem hujus nominis attinet Forcell. sequitur cui *deminutivum* pro *diminutivo* potius adridet. Prapositio *dis ex qua* *deminutivum*, aliquid in partes confingere sibi vult, dum *de*, unde *deminutivum* aliquam rem minorem facere quidquam de ea detrahendo, quod quidem in nostro casu obtinet. Idem sentit Stephanus. Scriptores praesertim veteres utrumque pro libitu scribunt. —(2) Sic plus minus se exprimit Charis. L. II. —(3) Graeci, quorum plurimi post patriam suam a Romanis subactam, Romanum petiere, frivoi, infideles et avari vulgo credebantur. Iude *graeculum* dicti *offensio* erat. —(4) Has voces deminutivas credunt Scaliger et Valla; Sanctio tamen nostro significant incrementum cum quadam irrisione. Atqui tunc, credimus, apte respondentis Hispanis «aumentativos» in *azo* desinentibus: *Truhanazo*, *malazzo*. Neque Sanctio objiciendum quod nobis jam alias non desint verba in *astro* finita quae a laudatis in *aster* Latinis verbis immediate prodeant Cfr. Sanct I, 10. —(5) Berrault, *Traité de Synon.* Termin. Dimin.

Palaestricus Ephebis suis

Autocinetum et Asellus. (N. 11, m. Nov. p. 31). *Ex acceptis traslationibus eam placuit seligere, quae infra transcribitur; quae vero minus recte translata erant, ex interpretatione C. Larena de prompta, italicis litteris notantur.*

Proezas de Hércules. Gaudio magno juvenes ad Palaestram descendere vidi-mus ex gymnasii Vicensi, Abulensi, Cervariensi; eorum nomina prospicite, ephebi, atque fortitudinem aemulamini: J. Casellas, P. Fargas, J. Baladas, V. Rufo, N. Sánchez, F. Prieto, J. Serrano, Ph. Vegas, R. Gorzález, E. Martín, F. García, A. Fernández, R. Hernández, J. Girabal, R. Bosch.

Aenigmata *Divinavit S. Dot.*

El auto y el borrico

*«No te engriás de tus
riquezas delante de otros»*

Un auto podía correr con la velocidad de cien caballos de vapor. Casualmente acertó a pararse junto a un borrico que pacía hierba. Jactándose audazmente de su fuerza, prorrumpió en expresiones de este género: ¡Oh, qué diferencia de fuerzas la nuestral! Entonces emprende rápidamente la marcha: el vapor encendido hace estallar la caja del motor: se produce un gran estruendo en aquellos contornos: de todas partes la gente acude al lugar de la catástrofe: envuelto en densa nube vace el desventurado vehículo (C. Larena), que guarda dos cadáveres medio quemados. Apagado el fuego con agua, traen el asno para que arrastre el auto. Entonces dijo el borrico: ¡Ved, que yo sólo, miserable y despreciado como soy, arrastro la carga que era pesada para cien caballos!

FIERRO, C. M. P.

Herculis facinora (1)

Hercules, Jovis et Alcmenae filius, multa facinora, Junonis deorum reginae jussu, (2) perfecit. In primis leonem silvae Nemeaeae interfecit, cuius pellem secum semper tulit (3); postea serpentem Larnacam trucidavit, (4) cuius viro tinxit sagittas; ideo nullum certissime animal eis ictum mortem effugiebat. Hercules aprum, qui sata in Arcadia diruebat taurumque qui in insula Creta (5) agros disrunipiebat, domuit et eos ad Euristeum dominum suum detulit.

Jacobus CASELLAS
Secundi cursus Latinitatis alumnus.

Notulae

(1) Nonne melius tibi cadit in aures quam Facinora Hérculis? Cujus rei duplex potest adsignari causa, et synalepha «ra Her» et consecutio duorum accentuum simillimum. (2) Vide quam paucis, more Romanorum, dico quod tu minus recte dixisti multis: «quae Juno illi jusserrat implere». (3) Non «vexit», quia hoc verbum indigitat quasi humeris portare. (4) Relinquitur «in» praepositio, quia instrumentum praepositionem fere fugit, (5) In insula Cretae, nomine proprio communi adposito. Cetera optime.

Aenigmata

O	quid	tua	te
be	bis	bia	abit
	ra	ra	ra
es		et	in
	ram	ram	ram
			ii,

Resp.:—O superbel quid superbis? tua
superbia te superabit. Térra es et in
terrā ibis.

Inspice me: te ipsum solumque pa-
remque videbis;

Finem si mutas, caelum fluctusque
patebunt.

Resp.:—Speculum, specula.

B i b l i o g r a p h i a

Sofocles. — *Tragedias 7. II.—Antigona. — Tranquinias - Electra. — Texto traducción y notas por Ign. Errandonea, (B. litt. Oxford.) — Madrid-Editorial Voluntad, S. A. 1930.*

Quod hodie lectoribus pulcrum volumen exhibemus, secundum est seriei Graecae ex Biblioteca Classica quam edere coepit Matriti in oppido «Editorial Voluntad». Quodquot ex laudata editrice domo opera consperherunt et maxime qui Bibliothecae Classicae aliquod volumen lectitarunt laudatoris non indigent verbis quae hujus voluminis praeresentationi tribuamus ut fortassis deberemus. Nemo nescit enimvero quantum curae et pulchritudinis editionibus suis conferat.

Cum in primo volumine tragedias in vulgus jam prodiderit inmortalis Sophoclis «Oedipum Coloneum», speranda quidem erant alia Sophoclis opera. Tribus tragediis continetur tomus, quem in manibus habemus, sc. «Antigona, Tarquinia, Electra», quae si eo artis prelio carent quod est in Oedipo Rege, sensum habent satis exquisitum, tum tragicum, tum litterarium.

Textus hispanus est ad dexteram, graecus ad sinistram qui notis conlustratur brevissimis sed magni pretii, ubi lectiones variorum codicum invenies, praecipue autem eas ex codicibus Escurialensibus nondum adhuc editas.

Hispanica translatio explicantibus textum notis locupletatur, quae vel adhibitis locis parallebilis vel Graecorum illius tempestatis adductis moribus ad locos obscuros intellegendos magnum praebent adminicalum. Ad-hoc accedunt introductiones quibus lectoribus compendiose proponitur et

argumentum et processus trogaedium atque apendices ubi antinomiae solvuntur in losuria, elegantesque inducuntur observationes. Omnia his de causis nihil impedit quominus novum triumppum Rdl. P. Errandonea decantemus, triumppum etiam domus editricis «Editorial Voluntad».

J. OTAZU, C. M. F.

Poëtae minores. — *Texte latin et traduc. française de E. Raynaud.* — (Libr. Garnier Frères, 6 r. des Saints Pères). Paris 1931, p. 447.

Primū quod in publicum prodit volumen collectionis Classicorum Garnier cum Gallica traductione fuit «Poëtarum Minorum». Maxime est aestimandum et quod non facile eos poëtas alibi invenias et quod de unoquoque vitae notis tradat praeclarus interpres Ernest Raynaud et quod praeter Gallicam interpretationem litterariam, notis critici honestat obscuriores textus locos. Tales sunt Poëtae quorum exhibit carmina: Aulus Sabinus, Titus Calpurnius, Gratius Faliscus, Olympius Nemesianus, Hieronymus Fracastorius, Paulinus Nolanus, Valerius Cato cum pervigilio Veneris, Vestritius Spurinna, Lupercus Servastus Junior, Aemilius Magnus Arborius, Pentadius Eucherius.

Dr. F. Rebélo Goçalves in Universitate Llyspionensi praeceptor clarissimus, apud quem *Palaestra nostra* in optimam partem accepta est, opuscula a se anno superiore edita ad nos pridem amicissime misit. Jam vero ad eorum recensionem procedo, quam tamen brevi praecidam; neque enim commentarius noster aliud patitur.

Da influencia lexical do grego no latim literário. Lisboa, 1930.

Magni quidem momenti est opusculum, in quo, auctor, seriem scriptorum Latinorum ab Andronico ad Auctorem Gelium celeriter percurrendo, quantum singulorum conatis thesaurum Linguae Latinae vocibus Graeci saporis factum fuerit declarat. Quem potestatem sibi Latine scriptores, juxta Ciceronis sententiam, vindicarunt: «puto enim, ait Orator, concedi nobis oportere ut Graeco verbo utamur, si quando minus occurrat Latinum» (De fin. bon. et mal. III, IV-15.) Quaedam in opere breviter tantum exponuntur, quae si postea amplius declarata fuerint opusque index quispiam verborum ornaverit ex Graeco fonte in Latino sermone acceptorum, auctoribus annotationis a quibus verba primo aut maxime in uso fuerint, malum laboris factum erit maximique pretii.

«Satira contra as mulheres» — Simónides de Amorgo. — Lisboa 1930.

Consilium ex omni parte laudabile a Dre. R. Gonçalves inito, Lusitano sermone edendi opera Graecorum capita, hac elegantia satyrae translatione incoepit est.

Neve credas in textu et translatione auctorem extitis; longius quidem procesit: etenim in primo capite jambicae poëseos originem tradit notiamque cultorum apud Graecos præcipuorum, inter quos Symonides non ultimas habet; in altero textum et translationem ad fert annotationibus nonnullis ornatam; in tertio denique philologicae satyrae virtutes perpendit ratione habita principiorum phonologiae, morphologiae, syntaxis, metricæ.

Quam summam auctor de litteris mereatur famam, si opus quod hodie oritur, aliquando tamdem finiatur.

Dois conceitos de Horácio na poesia portuguesa do século XVIII. (Lisboa, 1930).

Cum res, quae prima fronte in epigraphe hujus libelli adpareat, nimis esset diffusa, fines imponere non incongruum fuit

Horatianae igitur species de otio vitae deque poëtarum inmortali gloria, quemnam in scriptoribus Lusitanis influxum habuerint, auctor considerandum suscepit. Neque per omnium temporum scriptores discurrat sed in his inmoratur, qui s. XVIII principatum obtinuerant Correia vide-licet, Garçao, T. A. Gonzaga, Filinto Eliseo, Bocage aliique. Satis in scriptis classicorum ubertas poëtarumque Lusitaniae in imitando facilis ac præstantia liquent: nonne tamen veterum minus rectae species cum vera gloriae ac vitae ratione debuerunt conferri?

«Apontamentos para o estudo da numeração indeterminada em latim». (Lisboa, 1930.)

Hic liber non inmerito notationes dicitur: nihil est enim, nisi dissertatione per modum adnotationum de abjectivis numeralibus finitis ad aliquid indefinitum significandum usurpatis. En tibi adjectiva præcipua: *unus, tres, septem, novem, decem, quindecim, sexaginta, centum, ducenti, trecenti, quingenti, sexcenti, mille, trecenti mille, nonus, centesimus, millesimus, bini, septeni, viceni, centeni, duodenri, trecenti; bis terque, terque quaterque.*

Aliquatenus mirabor quare tantum de poëtis, minime de solutis scriptoribus exempla sint deprompta, quia revera nimis ad hoc insudasse opus non fuit. Liber tamen præstans restat ac commendabilis.

**Prof. Emmanuel Jové, C. M. F.
Moderator**

Typographia F. Camps Calmet, — Tarregae